Lacedemonia fuit licaonice vrbs que eſt ꝓuĩcia in achaya ſiue peloponeſo a lacedemone Iouis filio ex Taygeta condita. A qua ipſa grecia regio nomē accepit. Hec eadē alio nomie etiā ſparta dicta fuit. Herodotus tamē Spartaꝫ vrbē fuiſſe et lacedemoniā regionē In qua illa conſiſteret memorat In differenter tamē ꝑ alterutra. tam ab illo q̃ ab alijs auctoribus legit̃. Sed quaꝫ ob cauſam ſparta dicta fuerit Iuſtinus tercio epithomatū ſuoꝝ libro exponit. Spartanoꝝ genus hac tempeſtate ſcilicet quĩquageſimo regni Ozie anno Alcumene lacedemonioꝝ rege mortuo. Eoꝝꝙ regno conſumpto principiuꝫ habuit Et cicero in ſcđo de tuſculanis queſtiõibus retulit Spartanis virginibus magis paleſtra: puluis venaticus laboꝛ ꝛ militia in ſtudio eſt q̃ fertilitas filioꝝ. Unde ꝛ varium habitū ab alijs ferre cõſueuerāt dicente virgilio. virginis os habitūꝙ gerēs ꝛ virginis arma ſpartane. Primus aūt lacedemonioꝝ rex fuit Euriſteus quidā nomie patria grecus. Anno a natiuitate Abrahe octauo ſupra nonageſimū. Is lacedemonijs primū regnare cepit. Ageſilaus aūt ſextus lacedemonioꝝ rex vir immortalitate merito dignus fuit ab hercule originem ducēs. In iuuenili etate regnū adeptus fuit. ſemꝑ fidei obſeruatoꝛ. Lycurgus quoꝙ lacedemoniorū princeps ꝛ legū latoꝛ vir plane clariſſimus. et inter philoſophos admirand⁹. Inclit⁹ in precio habitus eſt. Hic lacedemonijs legē tulit. de quo plutarc⁹ valeri⁹ ꝛ iuſtin⁹ ꝛ ariſtoteles in polliticis mlta ſcripſere.

Lacedemonia



Mercurius

Iſte mercurius multaꝝ artiū peritus fuit. quas hoĩbus tradēs deus credebatur. Primū aūt deoꝝ nunciū ſeu interpretē fuiſſe oĩes poete deſcribūt. Dictuſꝙ ē de⁹ facūdie. mercatoꝝ paleſtra. furū nūcius. et interpres deoꝝ. Ipſe etiā lyraꝫ ſepticordem comperit. Hic in oĩni doctrine genere et q̃ maxie phiſice edoct⁹ fuit. vt dicat̃ eum ſua virga et herbis tm̃ mortuos ſuſcitaſſe. Un̄ ꝛ poſt mortē inter deos relat⁹ ꝛ ſtellificat⁹ eſt. Et ab eo ſtella Mercurij nomen accepit. Ea preeſſe facundie ꝛ eloquentie vt plurimum conſueuiſſe dicitur.

Bach⁹

Iſte Bach⁹ prim⁹ ĩ grecia vinū īuenit et ꝓ deo cult⁹ eſt. q̄ dict⁹ eſt liber pr̄ et argos cōdidit. Ipſe eſt dyoniſius bach⁹ filius Semele inde in mōdo pagrās ſimul modo domeſticis regiõibus vinū ꝓbuit. potūꝙ ex ordeo germanos conficere docuit Secutuſꝙ eſt eum Silenus illius nutritoꝛ.

Omagir⁹

Iſte Omagirus prim⁹ ad aratrum boues iunxit.

Amazones

Hee ſūt mlieres Scythice iuxta fluuiū Thanayin habitantes ferociſſime. q̄ aſſumētes arma ꝑ centū ānos ſeuiſſima bella ꝯfecerunt tā in Aſia q̃ ĩ Europa. mltas vrbes deleđo ꝛ magnā aſie ptē ſbegerūt. Hac ḡ etate Amazones cuꝫ ĩ aſia regbāt In pmis marſepia et lampedo q̄ epheſuꝫ Deiñ ſmyrnā et alias ciuitates ꝯdiderūt Exinde anthiopa. ꝛ ypolite p⁹ hāc orethia poſt illaꝫ panthaſilea. Hāc occidit pirrus fili⁹ achillis apud troyaꝫ.